

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Zacharias Grape

**Partis II. In Schola Isaiana Disputatio VIII. Exhibens Massa Mizraim Seu
Manifestum Dei Bellicum Adversus Aegyptius, Ex 19. & 20. Capp.**

Rostochi[i]: Richelius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775827800>

Druck Freier  Zugang



Ru Med 1658
Sigismund Vernerius 16
Vat.: Zacharias Graphe

VIII.

PARTIS II.
In
SCHOLA ISAIANA
DISPUTATIO VIII.

Exhibens

M A S S A
MIZRAIM.

SEN

MANIFESTUM DEI BELLI-
CUM ADVERSUS ÆGYPPIOS,

Ex 19. & 20. Capp.

Quam

בְּשָׁם יְהֹוָה אֲכֹרֶת

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D. Hebraicorum & Catech. Christ.

Prof. Publ.

Eruditorum objectionibus responsurus
defendet

ZACHARIAS GRAPE,

TETROVIO MECKLENB.

Habebitur die 3. Aprilis, horis à 3. Postmer.

in Mesoselenii Collegio.

—(6):(0):(80)

ROSTOCI,



Typis Johannis Ricbelii, Senatus Typogr. 1658.



ORATIO VI.

Concl. I.



Uccedit novum Signum, MASSA
MIZRAIM s. Manifestum DEI bellicum
contra AEgyptum, toto cap. 19. Ratio
ordinationis & Copulæ AEthiopico-AE-
gyptiace patet ex cap. 20. v. 3. & 4. tūm
respectu ipsarum gentium & foedere
contra Assyrium conjunctarum, & in
supplicio per Assyrium inferendo, con-
jungendarum, tūm respectu Israelis. De-
bebat hic adsequelam DEI (vid. c. 18. 4.)

tranquillo & in solum DEUM Protectorem Sceptri Jhudah fiduciali
respectu בְּחַשֶּׁקְתָּה יְהוָה contra Assyrium, robustus esse:
qui dum ad AEthiopas & AEgyptios inanes opitulatores respectum
habet, de vanitate illius protectorijs ex hac & superiori Prophetia, pla-
garum AEgypti & AEthiopum, informandus erat, qvod evidenti
Symbolo in c. 20. obsignat. Jubetur sc Propheta exutā ueste Pro-
phetica, & exutis calceis, discalceatus & nudus incedere, eademq; AEgy-
ptiorū pariter & AEthiopum, intra triennium proximum ignominiosè
in foedam ac miserabilem servitutem ac captivitatem ab Assyriis
deportandorum, futuram nuditatem & discalceationem repræsen-
tare, & ita adimpletionem hujus & superioris MASSA signo vel spectacu-
lo, qvod Oculis Judeorum obversabatur, confirmare (unde ibidem
copulantur שְׂבִיר פְּצִירִים וְגָלוֹת כֹּש s. captivata AEgyptus &
deportata AEthiopia vid. v. 4. & 5.) Finis illius MASSA signati in v. 5.
pudor Judeorum illorum, qvorum כְּבָטָה s. turclaris respectus fuerat
כֹּש, & qui contra Assyrium gloriati erant de Opitulatore AEgyptio:
sed & religiosa Vanitatis illius fæderalis agnitione & Protectory sub DEO
Israelis tutissimi confessio v. 6. Tempus hujus Massa AEgypti publi-
cati à Propheta, dandum inter annum 6. & 12. Chisikæ: uti tempus
illus Sigilli additi, & novissimi triennij c. 20. annus Hiskiae duodecimus
facile probatur ex c. 20. i. sed & exinde arithmeticâ illius triennij, &

R

magnitudo

magnitudo supplicij Assyriacū ostenditur. Assyrius sc. ante septennium, regni Samaritani & Damasceni deportator: sed & intra novissimum triennium, Philistinorum (vid. c. 20. 1.) AEthiopum & AEgyptiorum triumfator (vid. ibid. v. 4. 5.) cæditur ab Angelo unā nocte in montibus Istraelis vid. c. 17. 13. 14. inde enim ad usque c. 20. nexus specialis fluit. Complementum adeo MASSA MIZRAIM incipit ab illo triennio & Assyrii in AEgyptios bello, et si illo non absolutitur: sed, in primis, quod clausulam Evangelicam, ad diem triumphi majestatis Evangelium, qui ab exaltatione JESU & ascensionis in primis gradu maxime conspicuus, per multa secula extenditur. Hodie tamen impletum jam hoc Massa Mizraim dubitate non licet: neque adeo probandus Abrabinei in suā *הַכּוֹנוֹתָה* *l. summaria intentione* *bujus Massa*, quam esse dicit. מצרים שוויה לעתור לבב בזמנ הгалורה לפי שאן רעל הנוצרים בני ארום על ארמת הקوش לכובשה ומכנור שהיין עתה מלכות מצרים لكن ילכו הגויים ראשנה להחריב ארץ מצרים ויעשו בה מכחה רבבה ושאخرو הרכבה מפניהם שוכננה וחריב וושמיד בני אדם המחריבים אותה לחיותם זוכאים על ירושלים لكن תכנע מצרים לעבד ארץ השם הנכבד גם כי קבל מצרים האמונה האלהית בitor העמים ולכן תחוג מצרים אה תג הסכנות וכו' Vult Rabbinus i. hoc Massa AEgypti nullo modo adimpletum: sed adhuc ejus complementum expeditandum. 2. Id est futurum tempore futuri Messiae & liberationis corporalis Iudaica. 3. Et quidem executioni dandum per CHRISTIANOS EDOMÆOS, qui debellatur terram sanctam, prius oppugnaturi sint AEgyptum, velut illo tempore, Dominam terræ sanctæ: Et in illa magnam facturi cedem. 4. Illos Christianos Edomeos iterum internetione delendos esse à DEO benedicto, in bello Hierosolymitano. 5. Inde futurum, ut AEgyptus videns suorum hostium mirabile excidium convertatur ad DEUM Israelis, Et hujus admittat religionem. Apparet ex Themate, quod Christianis scripsit Rabbinus, quo affectu, hostili sc. & cruento in illos fuerit. Sententiam ipsam & superior *אֲלֵדְךָנִי* & hypothesis erronea, & totus textus ad quem nunc procedimus, falsam convincit.

Concl.

ORATIO VI.

131

Concl. 2. Massa hoc, & qvè, ut alia in Prophetis, pñale est, & adeò intimat pñas AEgypto. Clausula tamen Evangelica est, qvam si pro parte Massa licebit habere, geminâ parte, sc. judiciali poenarum qvibus afficiendi ob crima sua AEgyptii, adusqve v. 18. & Evangelicâ, AEgyptiorum conversionis expressivâ à v. 18. adusqve finem capitatis, absolvitur. Propositio judicialis est in v. i. m. 2. territor. i. sc. majesticus Judicis DEI AEgyptum punituri apparatus, qvem, sive propter futuritionis certitudinem, sive propter tremendam majestatem, præmisso demonstrationis Charactere insignivit: *Ecce JHOVAH incedenter super condensationem (nubem) levem, & invadentem AEgyptum. Sihe den HENNR / wie Er schon in einer Wolken eihersähret / und in Egypten kommt. Repräsentatur velut in presenti tribunal DEI paulò post futurum. Qvaritur hic i. Quid signetur per incessum JHOVAH super nubem levem. Resp. i. Incessus DEI Judicis majesticus, per actum repeatini & conspicui judicii, inducendi à DEO super AEgyptum, propter quod DEUS repræsentatur ut in illo nubis vehiculo: Eset adeò רכבות רוחה רכב נבת ה/*

l. proverbialiter dictum de excidio AEgypti, & executione velocissimâ cœlestis super illam decreti. Ceterum, hoc loco illa celeritas non tam in vehiculo nubis ejusq; densæ, qvam in addito vocabulo קד qvarenda. Respectus in hoc loqvendâ modo tūm præterit⁹, ad nubem Exodicam, in mari in primis rubro, ubi AEgyptus experta Exod. 14. 19. 20. 24. 25. & illo Itinerario Ismelitico Exod. 13. 21. 22. Num. 9. 15. 16. 17. tūm futurus ad novissima Epiphania τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Christi l. ad Πατιφύνειον τὸ δόξην τὸ μέλλοντον καίσαραν τὸν Καίσαραν καὶ τεκτόνα. Tit. 2. 12. 2. Tim. 4. 1. ad Apocalypsin illam majesticam Vindictricem novissimam 2 Thess. 1. 8. 9. ubi מציון מככל ופי אלהים כבש עלי פְּנֵי Psal. 50. 2. & qvidem in fulgidissime & majesticis plenissimæ nubis vehiculo, atqve adeò propriissimè erit קד Matt. 24. 29. 30. (non versu 27. qui ad illam Theophaniam novissimam literali sensu non referendus: sed ad Epiphaniam JE SU exaltati Evangelicam, eandemq; Catholicam l. in toto orbe ante anathema Hierosolym-

R 2

erosoly-

erofolymitanum futuram vid. ibid. v. 14.) conf. Luc 21 27. sed & quo-
ad Idiotismum Psal. 18. 10. & seqq. Psal. 89. 18. Ps. 104. 3. Convenit
huic Idiotismo alter, quo **בְּמָהָרָה** Majestatis DEI describitur per
incesum super excelsa (vox hoc usu singularis) sive Nubium vel
Cælorum Deut. 33. 26. vel Maris Job. 9. 8. vel Terræ Amos 4. 13. Mich.
1. 3. qvod qvâ ratione prædicetur privilegium Israelis & Sanctorum
illis sc. ex speciali gratiâ à D E O concessum) tûm ex Deut. 32. 13.
& Isaia 58. 15. sed & ex parte ex Psal. 18. 34. Chbacuc 3. 18. facile con-
statib. Parallelismus materialis est, qvando JHOVAH dicitur egre-
di de loco & descendere ac incedere super excelsa terra. vid. Mich. c. i. 2.
Qualis sc. is incessus DEI notetur, utroque loco effectus docent. Se-
qvitur enim statim: ad illam JHOVAH in AEgypto præsentiam com-
moventur *Idola & homines*: & illa qvidem, dum collabuntur (conf.
umbra illius in truncu Dagon, Idoli Philistini, ad præsentiam arcæ fœ-
deris collapsi. Sam. 5. 1. 2. 3.) hi autem dum cororum colliguntur in
medio ipsorum: atqve adeò Pœna prima est Conternatio Idolorum &
bominum, qui animis dejecti labefactantur ad illam Judicis DEI
majestatem.

Concl. 3. Qværitur 2. An hîc prædicta fuerit *fuga infantis*
JESU & Itinerarium illud AEgyptiacum, qvod svasit Josepho An-
gelus Orator, monitor nocturnus, sed non ater: vid. Matt. 2. 13. ita
ut JHOVAH insidens nubi levi & veniens in AEgyptum, hîc sit Infans JE-
SUS, & per nubem sive intelligenda humana natura JESU, sive Virgo
Mater Maria? abstrahendo nunc qvæstionem de illo Itinerario In-
fantis JESU, an sc immmediatè successerit adventui Magorum **Ἄπο**
ἀράθεων (sive hi , qvod Geographia sancta & profana quo-
que non improbat, venerint ex Arabiis, prout defendit Baro-
nius. sive jam inde ex Persiâ, qvod contra Baronium propugnat
Casaubonus, ita tamen, ut neuter neget, illos & insignes Astronomos
& Urbium suarum Regulos esse potuisse) qvod videtur Matthæi c.
2. 13. positus: **ἀναχωρησάντων αὐτῶν**, & illud id **Φαίνεται** & vel
ipla ratio Consilij illius Angelici ibidem postulare: an intercesserit in-
ter adventum Magorum & fugam JESU, solemnis præsentatio Messie
in templo Hierosolymano, ita ut historia Magorum Oblationem in
templo

ORATIO VI.

templo antecesserit (sicut juxta priorem sententiam, hæc illam)
 qvod posterius videtur probare Matthæus c. 2.1. Luc. c. 2.39? Resp. i.
 נָכַר בְּ h̄ic, etiam ex datâ illâ interpretativa, de JESU Infante apud
 AEgyptios exule, non magis Maria ή Ἰερώνιμος, qvam Joseph, imo
 magis hic, qvam illa, ob autoritatem Josephi, & in τῷ παύλῳ & in
 τῷ μητρού, tūm in Angelico Consilio Matt. 2.13. tūm in ejusdem com-
 plemento v. 14. 2. Aliud est humanitatem ad τὸν λόγον s. DEI Filium,
 sese habuisse ita, ut salvâ eminentiâ mysterii Unionis & αὐλαγω-
 σιος illius ἔστατης, umbra illius fuerit Nubes Exodica, relata ad
 ipsum מֶלֶךְ יְהוָה (Exod. 14. 19. 20. 24.) nunc Statorem nunc admi-
 rabilem Ductorem in columna Num. 19. 15. 16. 17. Exod. 13. 21. 22. ali-
 ud in illo itinere Christi AEgyptiaco, humanitatem ejus habuisse instar
 עֵב קָרְבָּן in ordine ad ipsum, ut σῶμα & ut insidentem densa levig-
 nubi. Priors datur, posterius hic male applicatur: & tūm exinan-
 tioni JESU, ad qvam pertinebat tota infantia, tūm Imperativo
 Angelico παρεγίλασθε Matt. 2.13. repugnat: accedit qvod ipse po-
 situs רְכֻבָּן עֵב עֵב apparatum dicat Majestatis exercitæ, eo mo-
 do qvî exaltationi convenit vid. & superiora & confer cum illis
 Matt. 26. 24. Neqve memoratur in sacris adventus JESU in nube,
 nisi sub statu exaltationis. 3. Neqve adventus ille JESU Infantis in
 AEgyptum, fuit AEgypto ipse pánalis s. inductiva effectum illo-
 rum, qvos hic magno numero subjicit Propheta; & qvos inter pri-
 mus, qvod commovebuntur Idola AEgypti à conspectu ejus, & cor AEgypti
 priorum colliqueat in medio ipsorum. Narrat qvidem Sozomenus
 & ex illo in annalibus Baronius ad Christi Infantis adventum in ter-
 ram AEgypti, Perseam arborem proceram sē ad adorandum JESUM in-
 clinasse, & statuas omnes concussas esse. Sed dicuntur illa saltim, non
 probantur. Non negamus, potuisse hæc & similia tunc in AEgypto
 pro contingere, & hactenus frusta objeceris miraculum transsub-
 stantionis nuptiale in Cana, qvod fuerit δέκατη ὥρα οπεῖα Joh 2.
 11. & nulla adeo JESU infantis & adolescentis παύλῳ οπεῖα;
 Coeterum qvî id factum asseverarunt, certè qvoad simulacrum AEgypti
 concussa, id ab Isaia Prophetâ hoc loco prædictum esse putarunt,

R. 3

atqve

atque adeo pro certo supposuerunt id, quod est κενός οὐσιος; sc. Exordium illud hujus Massa: Ecce JHOVAH insidens nubi levi invasurus est AEgyptum, de illo Itinerario Infantis IESU AEgyptiaco intelligentendum. Benè Casaubonus exerc. 2. n. 14. Observare licet in veteribus mirum studium aptandi Messiae omnia Prophetarum oracula, ac pendicta, quæ res interdum eos compulisse videtur, ut ea dicent, quæ hanc scio, quām sine firma. Altiorum intelligentiam hic facile admittimus: coeterum an uti in exemplo Hos. 11. 1. de Israele & Puerō IESU ex AEgypto revocando, typus simūl & antitypus eādem literā ad apprehendendū proponitur, cuius proinde sensus literale alter in N.T. Scripturā aperte explicatur (vid. Matt. 2. 15.) ita num sensum illum de IESU Infante fugiente in AEgyptum, velut subordinatum priori literali Spiritus S. tunc, quando per Prophetam loquebatur, intenderic (pravidissime enim nullum ex eventu dubium) questionis est. Nos supra ostendimus illud non convenire huic exemplo. De coetero licet adventum Infantis IESU in AEgyptum, in immediate subjungas itinerary Magorum, opus tamen haut est, ut cum Epiphanio, quem sequitur Beza, post biennium demum à nato Christo, Magos advenisse, & Jesum in AEgyptum fugisse, statuas. Imposuit male intellectus locus Matt. 2.. 16. Pejus, dicere, fugam in AEgyptum priorem fuisse adventu Magorum: & Iesum ex AEgypto quotannis Bethlehemum venisse. Affingit illum errorem Epiphanio Maldonatus. Adventum Magorum & Itinerarium Iesu Infantis imputamus anno nativitatis, neque per septennium, uti Baronius: sed unum plus minus annum extendimus illud AEgypti exilium. Matt. 2. 19.

Concl. 4. Effectus pœnalis 2. est bellum intestinum, in quantum id à Punitore DEO. DEUS sc. est מֶלֶךְ לְסִינָה commiscens AEgyptios: unde jam pugnat frater contra fratrem, Amicus contra Amicum, Civitas contra Civitatem, Regnum contra Regnum v. 2. Complementum ex Herod. & Diod. Siculo vid. in Not. Junianis. Effectus s. pœna 3. est Evacuatio Spiritus interioris & absorptio Consilij. Notatur Consilii, Sapientiae cordatae & prudentiaz ademtio, destructio, ut sine Consilio, sine Prudentia omnia agat, vel, ut, quid Consilij capere aut quō se vertere debeat, nesciat, ut Idola seu Daemonia, Prestigiantores, Pythones & arioles suos consulat vid. v. 3. Pœna 4. Conclusio in p. reflatens

statem Tyrannorum, & perseveri ac rigorissimi Regis v. 4. Complementum vulgo in 12. tyrannis qvi Sethoni successerunt, & Psammeticho, qvi illis Ægypto pulsis, solus tandem tyrannidem obtinuit, ponunt Commentatores. Licebat etiam de *Affyrio* & *Babylonio* verius intelligere: sed nos in præsens de illo non laboramus. Poena 5. Maledictio terrestris Ægypti alias admiraculum usque benedicta v. 5. 6. 7. quâ occasione queritur: An in v. 5. in positu מִים וְנַשְׁתָּו מִם vox prima sit præteritura *Niphal*, an *Pihel*? Resp. Aff posterius, planè ut in Jobo c. 19. 25. נִפְהָל. Rediit ergo Tremell reddidit: Deperdant aquas à mari (ne insuant in mare) quâ Vatablus: Deperdantur aquæ de mari. Cadeo radicale. Radix in Kal non nisi bis Jes. 41. 17. Jer. 51. 30. in Pihel semel hoc loco occurrit: Quær. 4. quæ ratio עֲדָנִים in v. 6. Resp. i. qualis illius עַדְנָה, sive suppositio sit impersonalis, sive subiectum fluat ex v. 4. ut sc. illi קָשָׁה s. *Tyranni* & *Rex durus* ponantur illa fundi Ægyptiaci calamitas. 2. Non auget significatum, & est ex *Chaldaismo* accessoriū. Longè abjicit, repellent 3. נְחֹרֹות est casus accusandi. Quær. 5. qvi ibidem מצור יָאֵר. Resp. non est *Egyptus*, nisi quædam vocis allusione. Optumè Batavi, qvia in his per exempla domestica Magistri, de gedamde Stroomen/ & in glossâ, de Wateren/die met Dammen ofte Dycken besloten/ende dor het Land geleydt wurden. Quær. 6. quæ ratio vocis נִיר in v. 7. Resp. De graminetis alii: de celeberrimâ & fœcundissimâ in palustribus Ægypti locis vel Nili rivis, *Papiro*, quæ in tenues, latasq; laminationes vel plagas s. cuticulas deducta & exsiccata, scriptio adeo fuit accommodata, ut & nostris chartis, et si non papyraceis, nomen communicaverit post Junium & Tremell. Belgica versio. Facit pro hac Oppositio *Sativarum* in m. 2. cum *Papyrus* insativa sit: facie radicis applicatio & נִיר cognatae vocis significatio. Batavi: het Papier ghewas: Papier vellekens ofte pellekens. Quær. 7. quis sensus in v. 5. 6. 7.? Resp. Ille absq; Geographiâ Ægypti hauc habetur. Inter fluvios, qvi singulis annis statore tempore adeo augmentur, ut extra alveos se proferant, & vicinas terras inundent, celeberrimus, Nilus est. Fit inundatio eō tempore, quo maxime est fer-

usta fervoribus terra, undam altius trahit: incipit sc. circa 7 Iunii: 40. diebus crescit: totidem recedit: quo intervallo Urbes Nili, quæ in collibus pleræque extructæ, videntur Insulæ, nec ullum in mediterraneis, nisi per navigia commercium, tanto majore gentis lætitia, quod minus terrarum suarum videt. In hoc una spes mellis Ægypto, in quâ nemo aratorum adspicit cœlum: nec pluvio supplicat herba. DEO. Quantum crevit Nilus, tantum spei in annum est. Nec arenoso & sitienti solo aquam solum inducit: sed & terram, juvans agros, & quod inundat & quod oblitat. Quidcunque non adiit, siccum ac sterile jacet. Causa exundationis Nili antiquis impenetrabilis, constituit, ex quo Nili fontes, in lacu Zaire, ad Lunæ montes ab Æquatore australes, quibus proinde hiems, cum nobis ætas: autumnus incipiens in nostro Aprili. Sed nivis loco pluviae & imbres per autumnum & hiemem, ac menses in primis Majum, Junium, Julium, sunt continui, qui tanquam validi torrentes in lacum Zaire, ex hoc in Nilum alvei & profundioris & oblongoris fluvium feruntur. Ad pluviam increvit Nilus, inde exundatio, & ea pluvia ac incrementis posterior, quia anteqvam exundat, debuit increvisse: anteqvam increvit, debuit jam in montibus Lunæ peraliquod tempus pluisse. Exundatio olim citius: hodiè tardius incipit. Causa, quod, cum turbulentus fluat, magnam in siccis atque hiantibus locis faciem relinquit, unde altior facta terra, alveus autem profundior, extra quem nunc tardius effunditur: & si illa exaggeraretur, hoc autem profundiore Nilus ferretur, exundatio tandem nulla planè foret.

Concl. 5. Sensus adeò est: Ægyptum fore sterilem & infructuosam. Huc omnia tendunt. Scilicet i. (Hic vel ille hostis, vel DEUS etiam punitur Ægyptum) deperdet aquas מִן־הַמִּזְרָחׁ à mari illo: v. 5. Junius & Tremell. Mare mediterraneum intelligunt, in quod multis capitibus sese insinuat Nilus. Malimus habitâ articuli & particulae ratione ex superiori Chorographiâ Ægypti, vocem MARIS accipere de Nilo extagnante, & per amplissimos Ægypti campos vallesq; sese extidente, adeò ut illo tempore Ægyptus inundata Maris & insularum faciem ostendat. Sanè Seneca optimus Nili descriptor hic non tacuit: Nilus, inquit, circa Memphis liber, & per campestrâ

campestria vagus, continuatis aquis in faciem LATI ac turbidi MARIS stagnat: cursum illi violentiamq; eripit latiendo regionum, in quas extenditur, dextrà levāq; totam amplexus Ægyptum. Meminit idem, Nilum per septenam ostia in mare emitte, quorum quodcumque elegeris, MARE sit: sed & belugas educare, marinis vel magnitudine vel nox à parres. Sensus jam facilis. Concipientur aqua Nili exhausta, vel abducta, vel diminuta, jam rectè dicitur שׁוֹת מִים כְּהִימָּן, sc. desperata, ut non sint amplius mare illud, vel ut non possint per Ægypti campus exstagnare, & fœcundum solum ac vasta ostia reddere: atque hoc ipsum jam ut sterilitatis, ita calamitatis Ægyptiacæ est argumentum. Perinde nobis jam, quomodo illa extenuatio aquarum alvei futura intendatur, & ubi complementum. Dubium nullum, quin per stagna & lacus profundos pariter ac amplos ductos, ac circum circa exaggeratos, exundationi illi magnum periculum. Et parum ab illo absuit Consilium Prætoris Indici Lusitanii Alphonsi Albuquerçii, qui, ut Ægyptus redderetur infructuosa Turcis, in animo habuit Nilum ab Ægypto avertere, ducto alveo ex Abassia Ægyptio contermina (& per quam fluit Nilus antequam in Ægyptum veniat) in mare rubrum. An autem ad tempora XII. Tyrannorum & stagnum Merios, respiciat hæc plaga, committimus. Aliqvando biennio, aliqvando novennio non ascendisse Nilum, refert gravissimus Autor Seneca. Igitur, indejam fluvius siccatus & arescens v. 5. indejam rivi seu fluenta Nili (in plura enim hunc scindi flumina, manuq; canalibus facta, ut sit modus in derivantium potestate, per totam discurrere Ægyptum, Senecæ quoque testimonio constat) aggeremunita retrovertuntur, exhauiuntur, sc. attenuantur v. 6. Inde jam arundo & alga (palustres herbae in ripâ Nili nascentes) langvent v. 6. Inde fluminea biblus, Papyrus & omnis sementis rivorum Nili arescit ut non existat amplius v. 7. Ita seqvula accuratissima.

Concl. 6. Seqvitur poena 6. Opificiorum, tūm que ad necessitatem, tūm que ad splendorem & ipsius aedē Mercature & defeltus & jactura in v. 8. 9. 10. Memorantur duæ Species in Ægypto celeberrimæ sc. Pisatura & textura: utriusque uti olim incrementa ex Nilo: ita nunc post infructuosum Nilum decrementa ex illo: atque hic nexus est poenæ præsentis cum antecedenti scil. Dannenhero werdendie Fischer

gravoren / es werden beides / die / so Angel ins Wasser werffen / klagen / als blei
 so diese außs Wasser aufwerffen / berübt sein. Item : Erubescens Opifices lineorum, textores byssinorum, præ inopia materia definet textura & consequenter mercatura Ægyptiaca, quæ illis in primis constabat. Qvareritur hic 7. qvid per שְׁרִיקָה in v. 9. Resp. i. פְּשָׁתִים & שְׁרִיקָה nec stant in nexu, nec etiam sunt duo nominativi conjuncti in m. 2. 2. שְׁרִיקָה, unde Latnorum sericum, est linum, splendidissimum, selectum, quale dabant Ægyptus. Redendum : Opifices lineorum pudore afficiuntur (in) ipsis sericis : & textores retium (seu candidorum reticularum) Est. 8. 15. Qvareritur 8. quid in v. 10. sint שְׁתָרוֹת ? Resp. etiam מְדֻכָּאִים & שְׁתָרוֹת stant sub notione Nominativi & Verbi, s. subjecti & predicatorum : neque שְׁרָזָה reddendum, vel per proposita, vel per Consilia, uti J. & T. neque per retia, ut Vatablus : sed per disposita. Porro in eodem versu, m. 2. qvareritur 9. qvinam sicut שְׁבֵר ? Resp. ad 1. Vulg. pro lacunis, Lutherus, & Versio Belgica pro mercede accipiunt, tum ex literâ non ס : sed ש tum ex usu vocis vid. Prov. 11. 19. Resp. ad 2. נֶפֶשׁ juxta literam : Stagna animæ, & dici possunt, que continent animas s. Pisces, ut notentur Vivaria Belg. Vivens der Fischen / & que delectant animam, & adeò Vivaria voluptaria. Batavi : Instighe genoedliche Vivens. Redendum ; Et erunt disposita ejus attrita (atterentur cum illis) omnes facientes mercede, Vivaria voluptaria. Sensus. Conducunt sibi mercede, qui amœna jucundaq; faciant vivaria : sed illa alias ab illis disposita corruent, collabentur : & opifices illorum Vivariorum una cum illis conterentur.

Concl. 7. Succedit poena 7. Spiritus vertiginis, immisus in Principes Ægypti, & Consiliarios, atque adeò illorum Sapientum Grandium, bruta dementatio. Atque hic qvareritur 11. Qvinam intelligendi per Principes Zoan, & Noph v. 11. & 13. ? Resp. Benè Chaldæus : כְּרָבָן טַעֲוָנָה אֲנָשָׁמָנָה item : טַעֲוָנָה אֲנָשָׁמָנָה i.e. Obbrutuerunt, bruti & bardi facti sunt Principes TANES : errarunt homines MEMPHIS. Zoan ergo, levi immutatione literarum TANES est, Metropolis ad os Nili septimum, cui inde nomen Ostii Tanitici, Comitiis regni & Collegiis olim Senatorum regni celebratissima : Noph autem vel Moph (uti est Hol. 9. 6.) eadem immutatione Memphis est quomodo

ORATIO VI.

139

& in Targum **תַּרְגּוֹם** & Arabibus **أَرَبِّيْن**, imò his ipsis totius **Ægypti**
 nomine **مِزْرَائِيم** dicitur, sive quod Mizraim Conditor illi, ut ita ab
 illâ tori regno nomen, sive quod una illa Urbs habuerit instar to-
 citio **Ægypti**, urbs Regia, & qvæ ad Nilum, ubi primò ostendit formam
DELTA: Nostro ævo Cairum dicunt, et si nomen illud unius saltani
 partis: altera enim **Babylonia**, in memoriam patriæ Babylonis con-
 dita à Mesopotamenis quondam exilibus: ambi 150. stadiorū fer-
 tur, et si olim major: turribus celsis munita, & multis templorum
 millibus ornata, etiam qvando sub Mamalucis. Fuit olim inter
 urbium miracula, & ad **Ægyptum** intelligendam satis fuit **Memphis**.

Concl. 8. Patet qvæ ratio nominatarum à Prophetâ, Zoan
 & Noph, velut Urbium Comitallium totius regni, & quarum una ver-
 sus **Æthiopiam**, altera versus mare mediterraneum respiciebat: die
 Fürsten zu Zoan sind Thoren/ die allerwesesten unter den Râshen Pharaon
 sind im Rath zu Darren worden: Consilium illorum obbrutuit:
 Item v. 13. die Fürsten zu Zoan sind zu Darren worden/ die Fürsten zu Noph
 sind heterogen. Qvær 12. qvæ ratio v. 11. & 13. cum videatur idem ite-
 rari? Resp. in v. 11. est Elenchus criminalis in v. 13. intimatio pœ-
 nalis: qvam designat v. 12. Scilicet v. 11. objicitur **Ægyptiis Proceri-**
 bus, **Sapientibus Consiliariis Pharaonis**, **Stultitia & brutum Consilium**,
 cuius insanientis sapientiae signum explicatur mendax adulatio, per
 falsas hereditaria sapientia, & infinitarum Dynastiarum, etiam ante
 priscos illos populos, qvos Hiclos seu Pastores vocabant, imaginatio-
 nes, qvibus Pharaonibus suis freqventer occinebant, quod & **Sapientissi-**
 morum, & **antiquissimorum Regum filij**, ipsiusq; adeò Sapientia hæredes
 essent, unde illis supra mortalem conditionem fastus. Illi criminis re-
 dargendo, Prophetæ citat illos **Principes Zoan**, & **sapientes Consiliarios**
Pharaonis, idq; duplicitate i. ut si vere sint sapientes, suggesterant in pre-
 senti **Consilia salubria Pharoni**, prospiciant statui & Regis & Regnè
 v. 12. m. 1. vel 2. cum id non possint: sed revera Stalci & Consilio bruti
 sint, citat illos ad aud endam sententiā s. ut cognoscant, quid Consilij JHO-
 VAH ceperit (scu qvid decreverit) contra **Ægyptum** v. 12. m. 2. Ipsum
 autem decretum enunciatur v. 13. 14. & 15. scil. & activè & passivè il-
 los fore Sophistas, decipiendos & deceptores: quod, in quantum pœna est

S 2

à JHO-

a JHOVAH esse, ut permissione talium brutorum Consiliorum & judicariâ excæcione, seu justâ ob antecedentem culpam luminis gratie subtractione puniente illos mendacissimos, constat. Sc. ipse JHOVAH miscuit in medio Ægypti Spiritum perversatum, Spiritum perturbatissimum (propinavit illis quoddam medicatum poculum, quod exhaustant, unde jam turbatis Consiliis turbatur regnum, quod proinde apud summos & infimos, publicè privatim; maximis calamitatibus est infectum, infelix, maledictum in omnibus operibus) Der h. Err hat einen Schwindel Geist in er sie ausgesessen: hactenus v. 14. m. 2. quoad partem primam decreti. Sequitur pars 2. in m. 2. v. 14. & toto v. 15. Illi sc. Principes errantes, faciunt jam, ut erreret tota Ægyptus in omni opere suo, sicut oberrat ebrius in vomitu suo. Neg, adeo existit in Ægypto opus: (infeliciter omnia cedent summis, infimis, mediis) tam infeliciter succederet quod facit Caput & manus, quam quod cauda & juncus vid. de modo loquendi sup. c. 9. 14.

Concl. 9. Denique succedit pena 8. in v. 16. 17. sc. muliebris trepidatio & consternatio. Ita cum Spiritu vertiginis copulatur Spiritus trepidationis. DEUS puniturus, mentem primum aufert, juxta vetus illud Poeta: Οτιν δέ οργὴ δαμόνων θλάψαται Λύτρα &c. Ablata mente, jam ubiq; stulte agitur, & ubiq; trepidatio: præ quæ nec Consilii, nec judicii locus est. Inductivum trepidationis explicatur geminum, unum v. 16. sc. מִצְרָיִם f. agitatio manus JHOV: H ZBAOTI judicialis & paenalis contra ipsam Ægyptum: altera v. 17. שְׁעַת יְהוָה עַל מִצְרָיִם f. executio Consilij s. decreti cœlestis contra ipsam terram Jhudah: cuius vel fama & recordatio Ægyptiis consternationem & titubationem imprimebat: adeo ut אשר יְחִזֵּק עַל וְרֹוחָה in i.e. unusquisque ex Ægyptiis, qui apud se ipsum recordationem faciet illius plagiæ terræ Jhudah, contremiscet, pavet, idem sc. vel tristius etiam metuens ab eodem hoste sibi excidium. Intelligetur hoc amplius ex complemento historico vid. 2. Reg. 23. 29. 30. 33. 34. 35. c. 24. 7. 12. 13. 14. c. 25. 5. 6. 7. 8. 26. 2. Chron. 35. 20. 22. 23. 24. c. 36. 3. 4. 17. Jer. 41. 17. c. 42. 9. 10. 14. 15. 16. c. 43. 2. 7. 9. 10. 11. 12. c. 4. 1. 11. 13. 30. Non probantur, qui interpretantur de metu Ægyptiorum ab ipso Jhudah vel Israele, cuius nullum complementum. Neque vox נֶגֶן talis timorem religiosum ortum ex maiestate Israelis insinuat. Etiam quando DEUS manifestatur, ut Judex tremendus in tribunali, causatur נֶגֶן, qualis ille in mari rubro, etiam hostium.

Concl.

Concl. 10. Seqvitur pars altera quam Evangelicam nominavimus, qvia sc. uti prima de eversione, ita hæc de conversione: signatur hæc 4. Characteribus à v. 18. adusque finem capit. Primus Character est labij & juramenti Pentapoleos seu s. Civitatum Ægyptiacarum, quorum 4. Anonymæ: quinta autem עיר החרם nominatur: de his duo dicuntur 1. qvo d' sint futurae כנשׁ 1. loquentes labio Canaan. 2. מדברות שפה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל i. e. jurantes JHOVAH ZBAOTH. v 18. Sed hæc qværitur 12. Ubi hujus Prophetæ Complementum? Resp. בְּזַבְדֵּק in v. 18. non absolvitur vel uno die, mense, anno: nec tantum dicit tempus sub Nova Testamento: sed includit statum Ægypti, etiam per aliquot posteriora secula V. Testamenti, in quibus magna lux Ægypto & in illâ magnus Confessorum veri Dei Israelis numerus. Vel sola sub Ptolom. procurata Codicum V. T. translatio ex lingvâ Cananæa in Græcam tunc Monarchicam, Lumen fuit ad revelationem gentium, & in primis Ægyptiorum. Consulatur hic Historia. Non negamus tamen respectum potiorem hic ad tempus triumphi Evangelici vid. Actor. 2. 10. De Ecclesiis Ægypti Christianis, & qvondam florentissimis, vel sola testari possunt Martyrologia. Qvær. 13. qua ratio Pentapoleos, an numerus uscertus proin certo, vel an certus in decreto divino, ita ut notentur certæ, definitæ? Resp. uti alibi Is. 6. 13. Job. 19. 3. numerum profinito habere licet: ita hic facile, ex historiâ numerum numenitum dare, nisi voluisse Setatus Spiritus unam saltem nomine exprimere. Ita enim malumus, qvam hanc unam illis s. contradistingvere. Sed hæc qvær. 14. Quid עיר החרם i. e. Urbs Solis: sed עיר החרם destructionis: notatur Destructionem illam corporalem non fore obstaculum conversioni: imò talis destructione & demolitio, qvalis inculcatur 2. Cor. 10. 4. s. cuius finis est obedire Christo. Erravit Hieronymus in Heliopoli & legit sine dubio קרבן qvod Solem notat. Errant, qvi Civitatem desolationis interpretantur eo sensu, ut notet sive magnam sive parvam Ægypti partem agnitionis Christi expertem futuram & propterea peritura. J. & Trem Cirtas erepta, educta, servata ex destructione dicetur unicuique. Qvær. an recte? Neg. qvâ posterius. Sed qvær. 15. qvid sit loqui labio vel sermone Cananæo? Resp. notatur consensus religionis & Ecclesie Hebræorum, qvi olim incolebant terram

PARTIS II. ISAIAE

ram Canaan: ille *καναάν* & *γνώσης* signatur. Deus verus in Scripturā Mosis & Prophetarum revelatus est in lingvā non nisi Hebraea & respectu terrestri Canaanæ. Illa Ecclesia & religioni antiquissima verna-cula. Canaanis mentionem facit obfraternitatem in capitibus sub Chama vid. Gen. 10. 6. Qværatio jurisjurandi? Resp. Religio jurisjurandi, ita ut jure homo ipsi JHOVAH ZBAOTH tanquam signum & pars pro toto veri Dei cultu interno, quo adoratur Pater in Spiritu & veritate, & qui constat fide, spe & charitate, non excluso externo, quo Spiritus excitatur & in Deum elevatur, vel cultus internus significa-tur, & hic & alibi ponitur. In tali jurante supponitur jam fides in Deum Israelis Omniscentem, Omnipotentem. vid. Deut. 6. 13.

Concl. II. Character secundus est *altare JHOVAH* in mediâ Ægypti & *statua* in termino v. 19. Notantur Cultus veri Dei s. fiduci & communionis internæ cum Deo & Ecclesiâ, Signa & monumenta pu-blica, eademq; simul Eucharistica: vel Ministerium verbi & Sacramen-to-rum. Abusus hâc Prophetiâ Onias Pontifex, tertè Pontificis filius, & de altari & statuis ex lapide confectis interpretatus, in regione Ægypti Heliopolitanâ, apud castrum, cui nomen agrestis Bubastis concedentibus facile Ptolomeo Philometore & Cleopatra Ægypti Regibus, templum condidit magnificum, qvod per 333. annos, ipsaq; Vespasiani tempora stetit, ubi desolatum: de quo videndus Josephus Antiq. 13. c. 6. & bellâ Judaici l. 7. c. 30. Porrò finis formalis altaris & statue, exprimitur v. 20. 21. sc. ut sit *לְאָוֹת וּלְרַב* i. e. in signum & in testimonium de JHOVAH ZBAOTH in terrâ Ægypti: & sigillum gloriationis suæ. Gloratio illa est brabeum liberrima invocationis JHOVAH ZBAOTH in tribulationibus & certissima exauditionis, ut sc. possint filialiter in clamare JHOVAH propter oppressores, & certi esse de mittendo sibi Servatore & magno Liberatore s. *כָּוֶשְׁיָעָה וּרְבָּה* v. 20. Notatur missio CHRISTI promissi, cui soli titulus hic competit, qvod sit Salvator & Princeps missus specialiter à JHOVAH ZBAOTH ad liberandum s. eripiendum Oppressos invocantes s. clamantes. Sic v. 21. codeni respectu formalis memoratur agnirio JHOVAH, item Obla-eio hostiarum & munerum spiritualium (qualia sacrificia labiorum hostiæ beneficentia &c.) Vota (qvæ voventur JHOVAH tūm alibi, tūm in primis in Sacramentis) Et vovebunt votum DOM. NO. & (qvod voverunt) pen-dent. Sie verberdem HEROD nicht allein geloben/sondern auch halten. Porrò Character 3. est Beneficium precum & per illas impetranda sanatio

ORATIO VII.

143

plagis adfectorum: sc. qvondam Deus plagiis affecit Ægyptum: sed non sanavit: nunc autem idem JHOVAH, qui plagiis affecit Ægyptum, sanabit quoque conversos & supplicantes Ægyptios, & quæ jam Dei populum.
 v. 22. Character 4. Conteseratio interna & externa, dogmatica s. Ecclesiastica Ægyptiaca, Assyriaca, Ismelitica, qvæ i. similitudine תְּלִשָׁה s. aggeris, Via sublimis & planata, eimes erhöhenen gebahnen Weges/figuratur, eo modo quo nationes confederatae communicant, ut sc. lib. ratimus detur commeatus. ut sint liberi innoxii & incustoditi gentis ad gentem aditus s. transitus sine Custode & pretio: additur finis aggeris & commeatus ex Assyria in Ægyptum & contra: sc. ut colant Ægyptum cum Assyriis, v. 23. & תְּנִשֵּׁלָה i. gens tertia in illo Vinculo Ecclesiastico sic Ismelitica v. 24. 2. Causa efficiens illius contesserationis designatur. Est illa BENEDICTIO JHOVAH ZBAOTH benedicturi Ægyptio, ut suo nunc populo, Assyrio, ut operi suarum manuum, & Israeli, ut sua possessio- ni (v. 25.) & supposito privilegio Japheti, habitaturi in tentoriis Semi- ex Gen. 9. 27. c. 10. 6. 22. in Ægyptio (omnibus Chami) in Assyrio & Israele (omnibus Semi, Japhetiq; posteris, atque adeo) omnibus totius terra populis in Servatore illo Principe IESU CHRISTO catholicâ Benedictione perfundendis.

Concl. 12. Seqvitur Sigillum MASSA Æthiopici & Ægypti. ci superioris in c. 20. Resolutio materialis jam supra est data (vid. in Massa Æthiop. Concl. 7. 8. tūm in hoc Ægypti Conclus. 1.). Absolvitur illa Chronologia v. 1. & πετρυμαθεσια à v. 2. Illa est annus Asdodi, Philistinae qvondam Satrapie, Idolo Dagonis celebratae vid. 1. Sam. 5. 2 sed & antiquo divisionis vid. Jhos. 15. 47. & novissimo sub Chiskiâ belli jure regno Jhudah obligatae vid. 2. Reg. 18. 8. oppugnata & expugnata à Thartan, Legato Sargonis Regis Assyria. Hac absolvitur 1. Signo manda- to & commemorato. 2. Signo usurpato. 3. Signo accommodato. Primum & secundum est in v. 2. Mandat JHOVAH, idq; mandatum Vates ipse publicat, ut Jesaias posita Veste & Calceis nudus ac discalceatus incedat qvi paruisse s. ita fecisse dicitur. Tertium s. accommodatio istius signi explicatur à v. 3. adusque finem capitis, eaq; tūm resp. Æthiopis & Ægypti experimentalis & ejulēa v. 3. 4. Scilicet: Sicut Propheta, Ser- vus Dei, nudus & incalceatus incedit: ita intra triennium Ægyptij & AE- thiopes pueri & senes, nudi, discalceati, summā cum ignominia ab Assyrio infidam ac misericordem servitutem abducuntur: & adeo ille incessus Pro-

144 PARTIS II. ISAIANÆ ORATIO VII.

pheten nudus & discalceatus Signum & ostentum est trietericum s. tertij ab
hac prophetiâ publicatâ anni: tûm à consequente vel effectu, resp. Israëlis
aliarumq; nationum exemplaris & dogmatica, ut sc. exemplo illo con-
victi desinant gloriari in adjutorio nationali e. c. AEthiopico & AEgyptiaco,
& asylum querant in solo Israëlis Deo. v. 5. & 6. Hâc occasio-
ne queritur 17. Quis ille Tartan? 18. Quis ille Sargon in v. 1.? 19. Qvo-
modo locutus Iahovah per Prophetam, quod erat faciendum à solo Prophetâ
v. 2? 20. An Prophetajussus planè incedere nudus omni ueste posita? 21. An
mandatum & factum illud saltem sit pro modo visionis, an reverâ? 22. An
per 3. annos ita incesserit Prophetâ? 23. Quidam illi perterrefacti & cru-
bescentes in v. 5. Denique queritur 24. An Νῆ in v. ult. Pelischæa, an
Iudea? Resp. ad 17. ex 2. Reg. 18. 17. nulla ratio quare dandus alius.
Resp. ad 18. Rex Assyriæ, idemq; sive Sanheribus sive ejus primogenitus.
Malumus autem prius. Primogeniti vivente Patre non tam in bellum
mittebant, quam mittebantur. Et Tartan ille ut Officialis Sanheribi &
Commissarius bellicus describitur l. alleg. Non implicat binonymum
fuisse. Resp. ad 19. Jussus est Prophetæ id publicare, quod arcano dicta-
mine divino jussus erat facere. Resp. ad 20. ponenda fuit uestis,
s. Pallium Propheticum vid. de illo villosô vestimento Sachar. 13. 4.
quomodo Christus in cœnaculo Hierosolymitano dicitur posuisse τείμα-
τα, non, quod nudus laverit pedes Discipulis: sed quia posuerat Pallium,
stans de cœtero rogatus s. non exutus illum ἡρῷον χιλῶν, qui
ad crucem sorti commissus, cum Pallium factum esset inter stritoras
Schismaticum. vid. Joh. c. 13. 4. & c. 19. 23. Unum sc. pallium, velut ex-
teriorius umentum utroque numero in Evangelii venire, immo in Da-
vide, Ps. 22. evidens est, ut erraverit Baronius in Veste Jesu Cœnatoria, &
supra illam ueste alia honoraria. Resp. ad 21. Aff. post: probatur ex ver-
bis: FECIT ITA &c. v. 2. debebat præterea ille incessus Signum & osten-
tum esse apud Auditores: at signate non poterat, si in merâ Visione.
Resp. ad 22. Neg. שְׁנָיו תְּרֵס anni copulantur cum אֹת וּמֹפֶת
disjunguntur ab incessu. Resp. ad 23. Positus impersonalis. Qui hacte-
nus suam תְּפִאַת & מִכְתָּה respectum fiduciale adusque gloriatio-
nem in illis habuerunt: illi nunc בְּשׂו וְחַרְחַר. Resp. ad 24. Aff. poster.
Asdod tunc non eripiebatur Philistinis: sed Sceptro Iudah. A
Chiskiâ ad subditos N. V. C. Nomen non repugnat, sive
sumatur propriæ, sive in aliquâ translatione.

COROLLARIA RESPONDENTIS.

- Qv. 1. **J**udei circa obitum Salvatoris non eadem nocte, quā Salvatur comederunt agnum paschalem? Quæritur hic quinam horum contra legem Exod. 12 v. 6. deliquerit? Resp. Judæi.
2. **N**um tres Deitatis personæ, possint dici causa sociæ Creationis. Neg.
3. **N**um potentia finita intri sphaeram activitatis à causa prima ita possit ampliari, ut infinita potentie effectum producat? Aff.
4. **N**um humana Christi natura in miraculis exhibendis à Bellarmino rectè dicatur causa instrumentalis? Neg.
5. **A**n DEUS possit esse extra mundum? Aff.
6. **A**n omnis perfectio, quæ est in homine, sit etiam in DEO? Aff.
7. **U**ltrum carere actualiter principio & fine sit formalitas aeternitatis. Neg. Proprium enim non ex nudo actu, qui potest esse tantum ab extrinseco, sed à possibiliitate & impossibilitate naturæ est dijudicandum.
8. **N**um ulla quantitas detur, cuius divisio saltim nulla fieri debeat ratione? Neg.
9. **U**trum Adam ante lapsum fuerit corruptibilis? Resp. cum distinet.
10. **A**n nihil sit objectum cognitionis? Aff. quatenus est conceptibile.
11. **U**trum bruta fingere possint Entia rationis? Resp. cum distinet.
12. **N**um arbor illa verita in Paradiso constet quoad speciem? &c. Resp. A. & N. diverso respectu.
13. **U**trum is, qui dixit mendacium statim dixerit falsum & vice versa? N.
14. **A**n Cœlum sit coloratum? Neg.
15. **A**n Meteū ψύχωσις possibilis sit? Neg.
16. **N**um ante diluvium vinum fuerit in usu? Aff.
17. **A**n Christus in statu exinanitionis fuerit fortis? Aff.
18. **N**um illi, qui diabolis artibus stuporem membris inducunt, ne vel vulnerari aut ullum ex isto dolorem percipere possint, fortes sint dicendi? Neg.
19. **A**n Milo Crotoniates integrum vitulum devorans & aliquot vini cantharos exhaustiens nibilominus temperans sit dicendus? Aff.
20. **A**n liceat malum facere ut inde eveniat bonum? Neg.
21. **A**n iste, qui latroni redimenda vita causa jurejurando silentium aut pecuniam promittit, eamq; non solvit, veniam mereatur? Aff. cum distinet.
22. **A**n Voluptas magis labefactet naturam quam dolor? Aff. prius, *Ægypti*.

AEgypti cladem memoras. Migrate Redempti,
Ægypto & Sodomâ, quæ Synagoga Mali.
Rursus in Ægypto cum fracta Idola Deorum,
Eminuit veri gloria culta DEI!

Hermannus Schuckman Th. D. P. C. A.

Ad Precellentem

in Collegio Isaiano publico RESPONDENTEM.

BElla DEI per Te capit & sua funem Memphis:

Ex bello hoc veniat bella corona tibi!

Celerr. honori & amori qvod debuit expressie

Augustus Varenius, D.

Suscipis Isacidos, GRAPI, defendere fontes,
VARENIO nostro Präside fervet opus.
Quid juvat è rivis lymphas haurire scatentes?
Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Conducat potus, sacer est, Christiq; voceris
Non minus ut FRATER, Lux, Oculusq; gregis.
Sic voveo, fiat, GRAPI, spes æmula FRATRIS,
FRATRIS cui nostro nomine dicta salus.

*Hicce rara pietate, doctrinâ & moribus polito
Dno Respondenti applando*

M. Theodorus Jordanus.

ZACHARIAS GRAPE,

Anagr.

IS GAZA PERCHARA.

PRÆSIDE VARENIO Doctorum Lumine Magno,
Qui Respondentis pulpita doctrina subit
IS Cor Musarum, PERCHARAq; GAZA putandus,
GAZAM doctrina non sine laude fozet.
Hoc GAZA fretus doctrina, pulpita scandit,
Prodit & ingenij sensa decora sui.

H. & A. c. ait Gedios f.

Andreas Daniel Habichthorst, Bützov.

Meckl. Th. Ph. & Poet. Cultor.

•(o):(o):(o)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775827800/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775827800/phys_0023)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775827800/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775827800/phys_0024)



COROLLARIA RESPONSI

- Q. 1. *Iudei circa obitum Salvatoris non eadem comederunt agnum paschalem? Queritur contra legem Exod. 12 v. 6. deliquerit?* Resp.
2. *Num tres Deitatis personae, possint dici causa sociale?*
3. *Num potentia finita intra sphaeram activitatis ampliari, ut infinita potentiae effectum producatur?*
4. *Num humana Christi natura in miraculis exhibetur, cetero dicatur causa instrumentalis?* Neg.
5. *An DEUS possit esse extra mundum?* Aff.
6. *An omnis perfectio, qua est in homine, sit etiam in animali?*
7. *Utrum carere actualiter principio & sine sit factio?* Neg. Proprium enim non ex nudo actu, qui per trinsecus, sed a possibilitate & impossibilitate naturae.
8. *Num ulla quantitas detur, cuius divisio saltim ratione?* Neg.
9. *Utrum Adam ante lapsum fuerit corruptibilis?*
10. *An nihil sit objectum cognitionis?* Aff. quatenus.
11. *Utrum bruta fingere possint Entia rationis?* Resp.
12. *Num arbor illa verita in Paradiso confit quo a dicitur?* A. & N. diverso respectu.
13. *Utrum is, qui dixit mendacium statim dixerit falso?* Neg.
14. *An Caelum sit coloratum?* Neg.
15. *An Meteum & Aer possibilis sit?* Neg.
16. *Num ante diluvium vinum fuerit in usu?* A.
17. *An Christus in statu exinanitionis fuerit fortis?*
18. *Num illi, qui diabolicis artibus stuporem membrorum aut ullan ex isto dolorem percepere possit?* Neg.
19. *An Milo Crotoniates integrum vitulum devorans, tharos exhaustiens nibilominus temperans?*
20. *An liceat malum facere ut inde eveniat bonus?*
21. *An iste, qui latroni redimenda vita causa pecuniam promittit, eam non solvit, ve cum distinet?*
22. *An Voluptas magis labefaciet naturam quam fortificat?* Resp.



the scale towards document

Aff.
itatis.
ab ex-
ndum.
eat na-

ce.
le.
Resp.

respa? N.

vel vul-
dicen-

ini can-
ff.

ium aut
? Aff.

prius,
Ægypti.

Scan Reference Chart TE263 Serial No. 031

Image Engineering Patch Reference numbers on UTT